



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

7. De stylo scholastico.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

atra veste contexta, parvulum quendam sinu  
tolrans decurrit, ac pone eam, anas alia pan-  
nis horridis obrita, paribusque mœsta fieri-  
bus, ramos oleagnos utraque quatientes,  
quæ circumfusæ lectulum, quò peremptorium  
cadaverum contexta fuerant, plangore sublato  
lugubriter eiulantes.

(Per publicam misericordiam, per commu-  
ne ius humanitatis, atunt, miseremini indignè  
causam iuvenum, nostræque viduitati, ac so-  
litudini, de vindicta solatium date: Certe par-  
vuli huius, in primis annis destituti fortunis  
succurrite; & de latronis huius sanguine legi-  
bus vestris, & disciplinæ publicæ litate.)

Hæc si pro tribus vitibus seriò dicerentur,  
παρὶν Δυρον facerent manifestissimum; sed cum  
ad usum, publicam quæ lasciviam facta sint, ni-  
hil habeant istius generis.

Exiles ora-  
tionis mag-  
nitudine  
prudenter  
astollenda.

Porro in id sæpe vitium incurunt Orato-  
res sensibus grandes, vberes, & amplificatorijs,  
qui cum summa laudis esse existimèt, res alio-  
qui exiles orationis maiestate plenius attol-  
lere; hoc ne mica quidem salis adhibita faciunt  
in rebus singulis, & ranas in Mineruam, Pyg-  
mæos in Polyphemum, res denique leuissimas  
in cothurnos tragicos non sine risu deforma-  
nt.

De stylo scholastico.  
CAPVT VII.

Styli scho-  
lastici ty-  
pus.

MEMINIT quoque Cassius Longinus σχολασ-  
τικῆς γλώσσης: hoc est, scholastici sensus, &  
styli: fit autem, cum ea quæ civilis esse debet  
oratio, ad vmbatilium præceptorum minu-  
tias puridiuscule conformatur. Accidit enim  
plerumque, ut adolescentēs è ludo nuper egres-  
si, vel etiam viri scholarum vmbis diutius e-  
nutriti, cum ex palestra in aciem deuenierint,  
non dum ad civilis illius cœli tolerantiam fa-  
cti, atque compositi, nescio quid vmbaticæ  
mollitiæ, quam cum lacte suserunt, retineant.  
Itaque alij antequam ad rem veniant, præfan-  
tur apparatus, & excurrunt longius. Alij di-  
gressiones, & locos cômunes affectant, quibus  
cum in se derint, arbitrâtur se Iouis albis (quod  
aiunt) quadrigis vehi. Alij, in quocumque de-  
mum argumento exordia, narrationes, confir-  
mationes, perorationes religiosius exigunt,  
atq; ista quidē omnia, quamuis frigida, & im-  
portuna sæpius ingerunt, ne videantur artis le-  
gibus defuisse. Alij minimè spectantes, an ora-  
tio ornata ferat, grandes figuras per καμψιλίας

expressas ad satietatem aurium intrudunt. Alij  
etiam artem plenissimè profitentur; exordij  
sui, narrationis, confirmationis, &c. memine-  
runt, tum se ex vna parte in alteram transito-  
ros pollicentur, aut iam transisse dicunt: etiam  
exultant se, quod minus elaboratam oratio-  
nem attulerint, quæ omnia scholastica sunt,  
& vbi motuosius curantur, elaboranturque cõ-  
cinnius, sæpè in frigidum aliquid, aut puerile  
desinunt.

Atque in eo, opinor, multum differunt ci-  
uiles Socratis, & Demosthenis Orationes, hic  
enim, quod maximè est, minimè vult videri e-  
loquens, & fortunas Græciæ ex eo non pendere  
dicit, an manum in hanc, aut in illam partem  
inflexerit: vel hoc, aut illo verbo inter oran-  
dam usus fuerit; at ille in negotiosis etiam  
orationibus dissimulare non potest ambitio-  
nem eloquentiæ. Nam in sua oratione ad Philippum  
profiteretur etiam, ἐπι γῆρας φιλοτιμίαν, & se excu-  
lat, quòd propter ætatem ingrauescentem, tam  
elaborata orationis structura rei minimè po-  
tuerit.

Demosthe-  
nes à stylo  
scholasti-  
cæ alienus.

Socrates  
scholasticæ  
vitiolabo-  
ras.

Οὐδὲ γὰρ τῶς κατὰ τὴν λέξιν εὐρεθμίως,  
& παικίλιως κεκοσμηκά, καὶ μὲν αὐτὸν εἰς αὐτὸς  
το νεώτερον ἂν ἐχρώμεν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέ-  
δειξα, εἰ τὸν τοῦ λόγου ἡλικίαν τὸ ἄμα, καὶ πισο-  
τέρας ποιήσιν, ἂν οὐδὲν ἐπι δόναμα διὰ τὴν ἡλι-  
κίαν.

Socr. in sua-  
for. ad Phi-  
lippum.

Quæ excusatio non petita accusatio est.  
Præfatur etiam amplissimè de suis familia-  
rijs, & eorum de hac sua oratione iudicia expo-  
nit, quæ omnia parum ad persuasionem faci-  
unt, & ambiciosè potius quàm nervosè dicta  
sunt.

In Panegyrico verò, qui & suasionem ob-  
tinet ad Græcos, tam magnificè de sua elo-  
quentia sentit, & dicit, ut nisi pro rei dignita-  
te, suaque gloria, & pro tempore, quod in hac  
oratione elaboranda, concinnandaque posue-  
rit, (in qua decennium ferebatur insumpsisse)  
peroret, nullo modo sibi ignoscere velit, sed  
contemni, & derideri.

Εγὼ δὲ ἂν μοὶ καὶ τὰ πράγματα ἀξίως εἶ-  
πω, καὶ τῆς δόξης τῆς ἑμαυτοῦ, καὶ τοῦ χρόνου, μὴ  
μόνον περὶ τὸν λόγον διαστρέψενται; ἀλλὰ καὶ  
σύμπαντα οὐ βεβίωκα παρακελεύμαι μηδε-  
μίαν μοὶ συγγνώμην εἶχειν: ἀλλὰ καὶ λαγέειν,  
καὶ καταφρονεῖν.

Isoc. Paneg.  
86.

Hæc quidem ostentationem habent elo-  
quentiæ

quentia non mediocrem, quæ Oratori civili cauenda est, vel maximè.

At verò sub finem Orationis, quasi in pro-  
ptu diceret, qui se comparata oratione dictu-  
rum, initio professus fuerat.

Οὐ τὴν αὐτὴν δὴ τοῦ χάριτος γνώμην ἔχω, ἐν  
τετῷ παρόντι χειρῶν, καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τῆς λό-  
γου. Τότε μὲν γὰρ ἄμωλον ἀξίως διωρίσθη πε-  
ρὶ τῶν πραγμάτων εἰπεῖν, ὅν δ' ἐρικτιόμενα τῶ  
μεγέθους αὐτῶν, ἀλλὰ πολλὰ μετὰ τῶν περὶ γενέ-  
ων διασώθην.

Iam verò non ita sentio, ac initio orationis  
meæ: tunc enim pro dignitate rerum, me posse  
dicere existimabam, nunc magnitudinem ea-  
rum non assequor, multa que mihi eorum, quæ  
dicere institueram, exciderunt.

Nimis aperta calliditate hæc sunt elabora-  
ta, quasi finem orationis non prævidisset, qui  
se per decennium scripsisse gloriabatur.

*Eloquentia  
Iuliani mul-  
tum habet  
palestra-  
scholastica.*

*Iulianus in  
Encomio  
Eusebii.*

*Iuliani  
scholastica.*

Habent & multum palestra scholastica,  
quæ a Iuliano imperatore ex Sophistarū scho-  
lis adhuc recente scripta sunt. Quorsum enim  
in Eusebii encomio tam longa insinuatio cō-  
tra ingrati animi vitium? Ἴτι ποτε ἀρα χρὴ  
διανοεῖσθαι περὶ τῶν θρεψιόντων μεγάλα, καὶ ὑπὲρ  
μεγάλων, οὐδὲ φημι χριστιανῶν, οὐδὲ ἀποστόλων, ἀλ-  
λά ἀπλῶς οἷον, ἂν τῶν τις παρὰ τὸ πῆλας εὐ-  
παθῶν, εἴτα τοιαῦτα μὲν ἀποτίθεντο ἐπι-  
χειρήσαντες, οὐδεὶς δὲ αὐτῶν βλάβος ἢ καὶ ὀλη-  
γίως ἔχοντων πρὸς τὰ δὴνωτὰ ποιῆμι, καὶ δια-  
λύσει δὲ ὀφθαλμοῦ, ἢ δὴλον ὅτι φάβως, καὶ μοχθη-  
ροῦς νομιστοῦ; quid ista peritodus, & cetera  
quæ diffusius narrat, aliud volunt quam ingra-  
ti animi labem esse fugiendam, qua ratione ad  
laudandam Eusebiam prouocatur, cui multis,  
& magnis beneficiorum nominibus tenebatur  
adstrictus. Hoc et si ad rem facit, poterat ta-  
men dici rotundis, nec tanto lenitudinis an-  
fractu trahi. Alium deinde locum communem  
annectit, laudandos esse summos viros; nam  
hoc, inquit, & Plato, & Socrates fecerunt,  
quidni etiam, inquit, feminas? Siquidem Ho-  
merus Penelopem laudauit. Hæc thesis lon-  
gius excurrens multum sapit de schola. Acce-  
dunt etiam exempla ab Homericis sæpius pe-  
rita fabulis, & digressiones de Græcia, & li-  
bris cum annexis excusationibus, quæ calamū  
inueniuntur adhuc quasi in Rheto-  
rum stadio volitantem

arguunt.

De stylo poetico, & cantico.

CAPVT VIII.

Quæsitum est sæpè cur Dionysius Halicarnassensis ingeniorum stylicæ index, & censor acerrimus, optimam orationem Poësi simillimam esse debere statuat Ex quo Herodoti, & Thucydidis historiam pulchram poësim non veretur appellare: Καλοὶ δὲ ποιηταὶ ἀμφοτέρων οὐ γὰρ ἀν' ἀσχυροδελίῳ ποιητῆς ἀντιθέσιν λέγων. Lucianus verò suadet ei qui eloquentiæ decora occupatis, vt primum optimos quosque Poetas legat, deinde se conferat ad oratores, quod profectò non faceret, nisi ad cōformandum stylum prodesse Poetarum lectio- nem arbitraretur. Sed tamen quamuis Poetas, vt ad oratoris institutionem peritiles commendare videatur, hæc oratio non est in- telligenda, vt stylum Poeticum probet, à quo sanè ambo, & sententijs & scribèdi genere vehemèter abhorruere. Quid igitur vterque voluit? Poetas, maximè verò Tragicos & comicos de meliore nota, oratoriæ facultati non leui fore adiumento, si quis se in eis ipso discendi, scribèndique tyrociniò prudenter exerceat. At hoc (inquis) non plenè satisfacit Dionysij menti, qui Thucydidis historiã Poësim aperte nominauit. Dicam equidem & pau- cis, quæ hac in re mens Halicarnassensis fuerit. Structuram verborum, & numeros oratoribus commendat, quæ rem vnam ad mulcendos suauitatis lenocinijs animos efficacissimã esse probat. Vt eorum verò incuriam redarguat, qui penes solos Poetas esse numeros arbitrati, segnem, dissolutam & planè incompositã orationem effutiunt, optimam orationem Poësi simillimam esse contendit, hoc est (vt ipse ait) ἵνα τὸ ἀντιχρῶν nec minus accuratam compositione, modulisque structuræ decoram, quam sint ipsa poemata, licet alijs, & liberioribus numeris effluat: Hoc Cicero in oratore explicatissimè docet.

*Dionys. Ha-  
licar. lib. de  
structura ver-  
borum. Cur optima  
oratio ap-  
pellatur  
poësis.  
Poësis ora-  
tori peruisi-  
lu.  
Idem in ap-  
od Cnemon  
Pomp.  
Luc. in Le-  
xiphanæ.*

Nam etiam (inquit) Poetæ quæstionem at-  
tulerunt, quidnam esset illud quod differrent  
ab oratoribus. Numero maximè videbantur  
antea, & versus: Nunc apud oratores iam ipse  
numerus increbuit. Quicquid est enim, quod  
sub aurium mensuram aliquam cadit, etiam  
si abest à versu, (nam id quidem orationis est  
vitium) numerus vocatur, qui Græcè βῆσις di-  
citur. Ita que vide visum esse nonnullis, Platonis,

*Cic. in oratore  
p. 253. 254.*

&c. &c.

